

- 100. veluti vendo libram ferri 13. denariis igitur vendo 100. ferri solidis 108 d. 4.
- 17 Quot s. venditur libra tot 5. libris venditur 100. veluti piper venditur 32. solidis pro libra igitur venditur lib. 160. pro 100.
- 18 Quot d. venditur libra tot lib. 4. s. 3. d. 4. venditur milliare veluti libra calcis venditur d. 5. igitur milliare venditur lib. 20. s. 15. d. 20. & sunt lib. 20. s. 16. d. 8.
- 19 Quot solidis venditur libra tot 50. lib. venditur miliare veluti libra zinziberis venditur 47. solidis & d. 4. igitur miliare venditur 2350. libris &  $\frac{200}{12}$  vnius libræ nam d. sunt  $\frac{1}{12}$  vnius solidi igitur 4. d. sunt  $\frac{4}{12}$  igitur  $\frac{200}{12}$  vnius libræ sunt lib.  $16\frac{2}{3}$  venditur igitur milliare zinziberis libris 2366. s. 13. d. 4. vel fac de denariis per decimam octauam regulam.
- 20 Quot d. venditur vntia tot solidis venditur libra veluti vntia cinamomi valet 34. d. igitur libra cinanomi valet s. 34.
- 21 Quot d. valet vntia tot 5. libre valet 100. librarum veluti vntia cinanomi valet d. 34. igitur libre 100. valent lib. 170.
- 22 Quot d. valet vntia tot 50. lib. valet miliare. Patet per se.
- 23 Quot solidos valet vntia multiplica per 3. & diuide per 5. quod exit est valor libræ in libris. Exemplum crocus valet 13. solidos pro vntia multiplica per 3. fiunt 39. diuide per 5. exit  $7\frac{4}{5}$  & ita valebit lib. 7. s. 16. pro libra.
- 24 Quot solidos valet vntia multiplica per 60. tot libras valet 100. librarum veluti crocus valet solidos 13. pro vntia multiplica per 60. fit 780. & tot libras valet 100. librarum croci.
- 25 Quot solidos valet libra tot d. valet vntia. Patet per se.
- 26 Quot solidos valet 100. librarum multiplica per 3. & diuide per 25. tantum valebit lib. in d. Exemplum calx valet 13. solidos pro 100. libris multiplica 13. per 3. fit 39. diuide per 25. exit  $1\frac{14}{25}$  & ideo libra calcis valet d.  $1\frac{14}{25}$ .
- 27 Quot solidos valent lib. 100. tot  $\frac{1}{100}$  d. valet vntia veluti 100. libræ calcis valent 13. solidos igitur vntia calcis valet  $\frac{13}{100}$  vnius denarii, nam diuiso 13. numero solidorum per 100. exit numerus d.
- 28 Quot libras valet 100. librarum tot  $2\frac{2}{5}$  d. valet libra. Exemplum 100. libræ carnis valent 7. libras d. igitur libra carnis valet 14. d.  $\frac{14}{5}$  d. & ita valet d.  $16\frac{4}{5}$ .
- 29 Quot libras valet 1000. libræ multiplica per 6. & diuide per 25. quod exit valet libra in denariis. Exemplum lib. 1000. zucari valent 220. libras, multiplica 220. per 6. fiunt 1320. diuide per 25. exeunt  $52\frac{4}{5}$  & tot d. valebit libra zucari.
- 30 Quot libras valet 100. librarum si diuiseris per 5. habebis valorem vntiæ in d. Exemplum 100. libræ zucari valent libras 23. igitur vntia valet d.  $4\frac{3}{5}$  diuiso enim 23. per 5. exit  $4\frac{3}{5}$ .

Tom. IV.

Circa operationem igitur mercaturæ proponitur tale Exemplum. Milliare æris valet lib. 127. s. 13. d. 5. quaritur quantum valent lib. 4727. onz. 7. æris.

Nota quod potest solui hæc quæstio tripliciter primo regulariter per regulam 3. hoc modo reduces totum pretium quod fuit lib. 127. s. 13. d. 5. ad denarios item totum æs ad vntias & milliare æris ad vntias hoc modo. Primo multiplico lib. 127. 127 per 2. fiunt 254. adde 0. quia libra componitur ex s. 20. & tu non multiplicasti nisi per 2. fiunt igitur solidi 2540. quibus adde solidos 13. quos habebas vltra 127. lib. fiunt solidi 2553. hos multiplica in 12. & fient tot numeri videlicet 30636. d. quibus adde d. 5. quos habuisti vltra solidos 13. & lib. 127. fient igitur d. 30641. & hi sunt valor vnius milliariis.

Deinde resolue lib. 4727. onz. 7. in vnt. multiplicando per 12. & fiunt 56724. quibus si addantur onz. 7. vltra lib. 4727. habitæ fiet summa æris cuius pretium quaritur onz. 56731. deinde resolues vnum milliare æris & sunt lib. 1000. in vntias multiplicando per 12. nam lib. continet onz. 12. fient igitur vntiæ 12000. & hoc est vt operatio fit inter res eiusdem naturæ.

Post hec dices per regulam 3. si onz. 12000. valent d. 30641. quid valebunt onz. 56731. multiplica secundum per tertium idest 30641. per 56731. & fiunt vt vides 1738294571. quem numerum diuide per primum & fuit

	1000
12000. abscindendo	56731
000. à diuisore remanet diuisor 12. & totidem litteras à dextra similiter diuidendi auferendo remanet diuidendus 2738294. vnde diuisus per 12. exit 14485. & super sunt 10. quos ante ponas ad 571. iam abscissum fient $\frac{10571}{12000}$ erunt igitur denarii 144857. $\frac{10571}{12000}$ hos reduces ad solidos diuidendo per 12. exeunt solidi 12071 & supersunt nummi 5. aufer igitur primam litteram à dextra solidorum & remanent 1207. quos diuide per 2. exeunt libræ 603. & superest 1. quem ante pone ad 1. seruatum fient solidi 11. est igitur pretium lib. 603. s. 11. d. 5 $\frac{10571}{12000}$ . Alius modus per practicam seruans in omnibus talibus leuior est hic. Pone libras 4727. onz. 7. superius & lib. 27. s. 13. d. 5. infra & quia hoc est pretium vnius milliariis capies 4. qui est numerus	

T rus